alia conscientia vincit se iste sub freno timoris dei sui
ne excedat contra precepta domini neque transgrediatur terminos
quos statuerunt patres sui. Et audiet iste a Christo cum apostolis
Vos estis qui permansistis mecum in temptationibus meis et
ego dispono vobis regnum etc. Et illud psalmi Cum ipso
sum in tribulatione. Tercia est conscientia mala et turbata que
non tantum timet peccatum quantum deprehendi in peccato et minus
timet dei offensam quam peccati infamiam. De qua dicitur psalmi In operibus
manuum suarum comprehensus est peccator. Et iterum Imple facies
eorum ignominia et querent nomen tuum domine. Quarta
est conscientia mala et tranquilla ut per hoc fidem perdidisse. Conscientia
nec timet deum offendere nec hominem veretur scandali-
zare, quia cum venit in profundum peccatorum contempnit videlicet
omne documentum. Sicut consilium bonum. Et ideo sic manet
quieta et tranquilla in peccato et voluntate sua. Et nichil
est quo curantur ignorentur vindicta iudicis sicut cum
securitate peccare et non cessare a peccatis. Talis est conscientia
quorundam qui cum curant et malefaciunt. Ita etiam quod scriptura
et ratione convinci possunt. Isti postposito timore dei
dicunt quod non faciunt sibi de hoc conscientiam, putantes quod deus
iudicando sequatur eorum opinionem fantasticam et suam
relinquat iusticiam

Nota quod debeas extollere insignia tua ut fructum bonum afferat

Nota quod in proverbiis dicitur De fructu oris sui unusquisque
replebitur bonis. Super quo idem dicit Ambrosius. Quinque
fructus colliget qui insignia sua extollet. Fructus oris
sunt peccatorum confessio, oratio, gratiarum actio, fratris correctio,
ignorantis instructio. Isti quinque fructus
qui possunt quinque verbis appellari quia tantummodo

apl̄us ſiue explicabat dicens Talis quiſq; verba loquitur
ſenſu meo quā deterimilia in regimē Unde Jacobi per
fectus ē qui nō offendit in lingua Et illud in p̄uerbijs
Qui cuſtodit os ſuū cuſtodit aīam ſuā Et illud ibidem
mors et vita in manu lingue Sunt autē quinq; inquirenda
que ſunt de locutione primū ē ut attendas quid dicas
Secundū cui dicas 3m ubi dicas 4m quando dicas 5m qualiter
dicas / Primū dicendū ſit de quo aplus ad coloſſenſes
dicens Sermo veſter ſit ſale conditus i· ſapiencie et
utilis per condimentū ſalis notatur diſcretio Que utilitatem
penſat Si nouiſti condire pulmenta quare nō no
uiſti condire verba Eſt ſunt quedam benigne que ſal
bene capere nō poſſunt Et ideo de facili putreſcunt et
ex hoc quaſi vermibus i· verbis nociuis inhoneſtis
et inutilibus eas ſcaturire et ebulire contingit Secundum
autē principaliter circa verba malorum attendas ſcilicet quod
nocivum quod inhoneſtum quod inutile Nocivum verbum ē
quod ſua perſuaſione corda audiencium ad errorem aut
prauitatem inclinat Inhoneſtum ē quod nō convenit hone
ſtati illius qui loquitur vel cui loquitur vel honeſtati illius
de quo loquitur Ita multos videmus hec verba convenientia
ſeu honeſtati illius qui loquitur ſeu illius cui quo loquitur
vel de quo loquitur Inutilia verba ſunt que nec audien
tibus nec loquentibus proficiunt De verbo autē inutili dominus
loquitur in evangelio quod de omni verbo ocioſo quod locuti fue
rint homines reddent racionem Quid autē ſit verbum oci
oſum declarat Gregorius verbum ocioſum ē quod caret ra
cione iuſte neceſſitatis aut intentione pie utilitatis Sic
ergo caue tibi ab inutili verbo Unde Gregorius Cum ocio
ſa verba nō compeſcimus cito ad noxia tranſit Amplius
autē caue ab inhoneſto verbo Unde Gregorius Cum ſcurrili
tate repleatur et cachinnis ora diſſoluit et quod ad quod per
ſuaſit conſuetudinis Sic nō ocioſi ſermonis ſed criminoſi reus

tenebitur. IIº attendas cui loqui debeas, considera qua-
litatem persone cum qua debes habere colloquium, si forte stultus
est, unde Ecclesiasticus: Cum stulto non multa loquaris. Et cum
insensato ne abieris. Et ante in regis lingue tue in-
sinuans. Quando cum aliquo loqueris, considera primo utrum
pro te aut pro alio loqueris. Si pro te, tuam utilitatem loque-
ndo utere; ille cum quo loqueris sit talis de cuius colloquio
valeat tibi utilitas provenire. Si autem non pro te sed
propter illum loqueris, duo sunt tibi providenda. Primum est ne
ille cui loqueris sit talis qui sed exhortatione tua non
indigeat vel ita sit obstinatus in malo et tamen huius
penitus imbutus ut correptionem tuam non admittat. Alioquin
et sapientem velle docere superbia est, et obstinatum corripere
stultitia est. IIIº attende ubi sit loquendum. Nosti enim
quedam loca colloquiis quedam silentio deputata sive
quando loquendum est considerare oportet. Unde Ecclesiasticus:
Ex ore fatui reprobabitur parabola, quia non dicit eam
tempore suo. Unde Salomon: Est tempus tacendi et tempus
loquendi. Tempus tacendi reputa si aliquis loqui incipit.
Unde Job: Qui me audiebant non expectabant sententiam
meam. Tempus tacendi reputa cum te malitiosis obesse
sentis videas. Unde Salomon: In auribus insipientium ne
loquaris, ne forte despiciant doctrinam eloquii tui. In-
sipientes appellat incorrigibiles et obstinatos quibus
despicit quod dei est. Item quando in consortio maiorum
et seniorum fueris, unde Ecclesiasticus: In medio magna-
torum loqui non presumas. IIIIº etiam modus loquendi sic qualis
sit loquendi. Iste modus consistit in hiis ut attendas quo
gestu, quo sono, qua significatione quid dicas. Sit gestus
tuus cum loqueris modestus et humilis. Sonus mitis et sua-
vis. Significatio verax. Sit gestus tuus in loquendo
modestus, non bucchinans, proiciens, ne digitum extendas, ut
cum digitum desinas extendere monet Salon qui

in prandijs reprehendit reposita qui digito loquitur
Tertio tamen sit in loquendo suavis non clamorosus non
tumultuosus ut docet Seneca Vox tua sine clamore
sit Incessus tamen sine tumultu Quarto sit ubi tamen professatus
veracitas non sophistica quia qui sophistice loquitur
odibilis est unde dicit ecclesiasticus Primo ante omnem actum
verbum verax precedat Quinto dicit idem ecclesiasticus Sexto sic
habeas discretionem quid loqui debeas tamen ubi quando
et quo loquendum est
Circa predicta potest dubitari an omnis videns delinquentem
alium teneatur eum corripere Pro quo notandum quod cor-
reptio proximi de qua dicitur Matthei 18 Si peccaverit de
fratre tuus corripe ipsum est in precepto sed tamen iste sex
conditiones requirunt Prima est certa peccati cognitio quia
ex sola suspicione non debet fieri Secunda est mansuetudo
in corripiendo quia corripiens eum debet magis [illegible]
quod corripiat Tertia est quod in alio non sit tanta aptitudo
ad corripiendum quia si ipsum fratrem peccantem viderent
alij eque boni sicut ego vel meliores et ei forte fa-
miliares vel prelati sui probabiliter supponere possum quod
aliquis istorum corripiat ipsum Si autem certum esset
quod omnes negligerent eum corripere tunc teneretur quantum
ad hanc conditionem et alijs conditionibus concurrentibus Quarta
est spes probabilis de conversione correpti que si non
patitur sed peioratio timetur correptio fieri non debet
Quinta est quod peccatum sit mortale non veniale Sexta est quod non
sit spes habendi maioris opportunitatis temporis ad corripiendum
Istis sex conditionibus non concurrentibus licet precepto
ligetur non tamen ligatur ad exequendum id est corripiendum
sed potest differre sine peccato Cognoscens hoc sic requirunt hoc
tamen non dico de prelato sed de fratre qui prudentiam
non habet in illis qui peccaverint Secunda obligatio huius
precepti est affirmativa ligans semper sed non ad semper Sed